

S Y N E S I I
E P I S C O P I
G N E S N E N
C Y R E N E S
A D A R C A D I V M
I M P E R A T O R E M
L I B E R,
D E R E G N O B E N E
A D M I N I S T R A N D O,

Stanislao Ilouio Polono Interprete,
A D A M P L I S S I M V M , A C R E V E R E N D V M .
P E T R V M M I S C O V I V M .



Venetijs, Apud Baptisam Somascum.

M D L X I I I .

AMPLISS. AC REVERENDO.

D. PETRO MISCOVIO,

GNESNENSI, PLOCEN. LENCICIEN.

PRAEPOSITO, ATQVE SVPREMO IN-

VICTISS. REGIS POLONORVM

SECRETARIO,

STANISLAVS ILOVIUS

S. D.



*X his omnibus, Misconi am-
plissime, qui de genere huma-
no bene mereri student, illi
primas mibi partes merito
tenere videntur, qui studium
suum ad principes instituen-
dos, atque erudiendos conferunt. nam si eorum
animus ad officium & ad virtutem institutus &
informatus fuerit, probè mehercule reliqua etiam
omnia sese habebunt: sin minus, multis malis ac
calamitatibus qui in ditione eorum sunt & im-
perio, afficiantur necesse est. ut enim capite agro
totum corpus labascere solet, ita etiam principe,
qui eorum quibus praest veluti caput quoddam
est, perperam informato, omnes sui vacillant:
adde quod prauis moribus principum infici solet:*

S Y N E S I I
AD ARCADIVM
IMPERATOREM
D E R E G N O L I B E R,
STANISLAO ILOVIO.

Polono Interpret.



N VERO, nisi quis ab urbe ampla & opulenta veniat, & orationem magnificam ac perelegantem afferat, quam Rhetorica & Poetica edere solent, populares nimitum artes, populares fœtus, eum cum huc se contulerit vultum demittere oportet? ut potè cui potestas facta non sit in aula, non modò libere loquendi, sed ne hiscendi quidem, cum non habeat patriam illustrem, neque disputationes de rebus iucundis, quales hic quotidiè haberi solent, in medium proferat, quæ & ipsum Imperatorem, & eos qui illi in consilio adjunt voluntate perfundere possint. An etiam aliquando Philosophiam aduenienter recipietis, & quis vestrum ipsam agnosceret, quæ hic post tam longum interuallum temporis apparet, ac tanquam hospitem benignè excipiet, de eaq; honorifice loquetur apud eos, apud quos decer? hos enim desiderat honores, non ipsa quidem sua causa, sed vestra, ne despectui habita nihil utilitatis & adiumenti uobis afferat. Atq; ipsa quidem uobis afferet sermones, non hilares illos quidem, nec qui voluptate afficiant adolescentes: quippe cum eius oratio neque natura sua diffuat, neque verborum ornatu fucatam pulchritudinem ostendet: sed

A a alterius

